

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Geleitbrief (Michael Wolferdus)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1185)



MICHAEL WOLFERDUS

Salutem & officia transcribit

Clarissimo & Consultissimo VIRO,

DN. ROBERTO KEUCHENIO,

JC^{to}.

Amico suo.

QUID statuum de Tuis in FRONTINUM animadversionibus, à me jam aliquoties desiderasti. Nihil equidem hactenus respondi; quod arbitrarer, satis mihi fore temporis ad perscribendum sententiam meam; imo etiam citra calculum meum vestras curas & labores, pretia ferentes secum sua, satis apud Eruditos æstimatum iri. Cæterum cum denuo instes, non possum non tuo subscribere desiderio. Hoc itaque tibi persuasum esse velim, quantum ego subinde chartalas tuus inspexi, in quibus consignaveras, quæ existimabas factura ad genuinum Autoris sensum eruendum, adeoque FRONTINUM sibi ipsi restituendum, plurima observavi, quæ non levis industriæ, sed multi ocii & accurati judicii speciem præbebant. Me judice multa extricasti, quæ ab aliis intacta erant relicta, aut saltem non pro veritate satis videbantur esse excussa. Scilicet ingenii tui dexteritatem & in hoc quoque opere abundè demonstras, & quantum possis in re literaria profundius investiganda, passim doces; & quam fructus longè uberiores successu temporis

poris Reipublicæ sis allaturus, ingentem spem facis. Deus tantum id tibi largiatur, ut honestam occasionem propediem consequaris, quo expectationi omnium bonorum de te tuisque studiis cumulatissime satisfacias. De viribus difficultas nulla est, tantum detur Sparta exornanda: non dubito, quin Viri eruditi de tuis meritis optime sint contestaturi. En iudicium meum de Te doctissimisque tuis in FRONTINUM notis. Deus te diu incolumem & saluum præstet, quod ex animo voveo. Vale. HARDERVICI, d. 8. Martii. AN. M. DC. LXI.



** 5

SCA-